

1212, desembre, 6

*Sentència de Berenguer de Savarrés, jutge comtal, que en causa entre l'abadessa Agnès de Sant Daniel i el comte d'Empúries sobre el mas Firmacolades de Garrigoles, l'adjudica a Sant Daniel.*

ASD núm. 79, perg. orig., 90 x 230 mm.

Anno Christi Incarnationis .Mccxu., mota controuersia inter dominum Ugonem, Dei gratia Impuriarum comitem, et dominam abbatissam Sancti Danielis nomine Agnetem, ego Berengarius de Sauarres iudex comes sententiam laturus prius quam a partibus allegata sunt reperto. Conquesta est siquidem predicta abbatissa de iamdicto comite, petens quendam mansum dictum Firma Colades qui est in parrochia Sancti Saturnini de Garrigoles proponendo accionem materie quem mansum Brunissendis comitissa proauia dicti comitis dederat monasterio Sancti Danielis, cui comitisse Pontius uicecomes de Uirginibus . filius eius eidem Brunissendi dederat, ostendendo duo instrumenta in quibus ita continebatur, asserendo abbatissam et monasterium habuisse et tenuisse predictum mansum. Quibus instrumentis fide adibita ex parte comitis responsum est quod nec comitissa nec monasterium habuerant predictum mansum Sancti Danielis, imo comes et pater suus habuerunt eum et tenuerunt, quibus audititis iussa est abbatissa prabare quod asserebat, que praducendo quinque testes creditur se prabasse quod asserebat, sicut in attestationibus continetur. Unde ego Berengarius de Sauarres iudex, auditis hinc inde allegationibus et rationibus utriusque partís, uisis instrumentis et attestationibus et diligenter inspectis, eodem anno .vm. idus decembris adiudico monasterio Sancti Danielis et dicte abbatisse et conuentui dictum mansum sicut in instrumentis donationum continetur et dictum comitem in hoc condempno, presente abbatissa et Bertrando de <R>upiano ex parte comitis pracuratore constituto, presentibus et aliis Raimundo de Angles et Petra de Angles et Arnallo clerico et Petra Gomballo, capellano Sancti Danielis et Bernarda de Armenteria et aliis pluribus.

Berengarius de Sauarres, iudex comitis, subscribo (s. *man.*)

Petrus presbiter scriptor Castilionis, qui hoc cum litteris dampnatis et suprapositis in "comitissa" scripsit (s. *man.*).

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 190-191